

ich ein Buch geschrieben von der Deutzschen Sprach Ursprungk, item ein anders von der alten Deutzschen Namen Signification, Etymo und Collation mit Ebreischen, Griechischen, Lateinischen und Wendischen Ruffnamen“. — Vielbewundert und als Glanzleistung von den Zeitgenossen empfunden, deren Ansprüchen die mit zahlreichen gelehrten Zitaten und Quellennachweisen versehene Ausarbeitung völlig entsprach, trägt der Commentarius, der nur den Anfang der Ausführung obigen Programms bildet, vorn die Widmung an den Herzog Christian, die durch Albinus zu Wittenberg am 16. März 1580 niedergeschrieben wurde. Zwei Monate später legte er eben diesen Commentarius in mehreren Exemplaren seinen Gönnern, den in der Regierung zu Dresden befindlichen Räten, mit dem nachstehenden Schreiben vor¹:

Magnificis etc. dominis Johanni a Bernstein, domino Tammoni a Sebothendorff, domino Davidi Peifero in Gossek², legum doctori, et domino Hartmanno Pistoris in Seuselitz³, illustrissimi principis electoris Saxoniae consiliariis intimis, dominis et patronis suis perpetua observatione colendis. — Magnifici, nobilissimi et clarissimi domini, domini et patroni submissa animi observatione colendi! Mitto ad vestras nobilitates et magnificentias commentarium meum Mysnicum, quem ante biennium illustrissimo principi electori Saxoniae, domino meo clementissimo per vos obtuli, et anno superiori recepi cum benignissima concessione et mandato, ut typis publicis evulgaretur. Quod prius non absoluta haec opera erant, partim bibliopolarum cunctationes partim occupationes meae in registratura, ut vocant, Mysnensi obstiterunt. Cum autem nobilitatum et magnificentiarum vestrarum patrocínio antea in his laboribus et studiis meis usus, idque singulare expertus sim, duo exemplaria paulo elegantius compacta ad easdem nobilitates et magnificentias vestras mitto, submissee et reverenter orans, ut illustrissimae excelsitati ipsius offeratis. Cum autem plerisque vestrum constet, me pro hoc immenso labore 50 tantum florenos annuos hactenus accepisse, tempus autem hoc valde necessarium esse, eadem submissa observantia oro, ut, qua autoritate et gratia apud illustrissimam illius excelsitatem valetis, ita conatus et studia mea illi commendetis, ut talia praemia mihi decernantur, quo et praeteritorum laborum fructum aliquem sentiam, et eo alacriori animo, quae restant, perexam. Pro quo favore et beneficio perpetua et debita gratitudine

¹ Hauptstaatsarchiv zu Dresden Loc. 9992, III, 100, fol. 4 Nr. 4 (Acta die Edirung unterschiedener Bücher betreffend, 1521 ff.) Bl. 23.

² Dorf und Landgut an der Saale im Naumburgischen. Peifer, nachmals 1586 zum kurfürstlichen Kanzler ernannt, starb 1. Februar 1602 in Dresden.

³ Seußlitz bei Großenhain. Hartmanns Vater, der sächsische Kanzler Simon Pistoris (* 28. Oktober 1489 zu Leipzig), hatte im altertümlichen Schloß zu Seußlitz eine seinerzeit berühmte Bibliothek angelegt. Hartmann Pistoris starb 1. März 1603: Eisenhart in Allgemeine deutsche Biographie XXVI, 190—192.